

è Cap. B. spei, easque pulcherrimas : *Ixias*, *Gladiolos*, *Antholyzas*, etc.

Summo cum damno scientiæ Botanice reliquisti. Nullibi majores errores quam in hoc orbe, etiam apud vestrates, qui de eruditionis principatu cum aliis omnibus certant.

Sudat nunc quartus tomus *Amœnitatum Academicarum*.

An novum tuum *Systema Morborum* prodierit *? quæso, cures ut habeam inter primos.

Loeflingii *Iter Hispanicum* absolvi, et prodiit, sed linguâ suecicâ.

Paro jam tertium tomum *Systematis*, scilicet, *De Lapidibus*.

Hiscæ absolutis, accipio suavissimas tuas, die 10 Julii datas, ditissimas summis naturæ deliciis.

Multùm tibi, Vir amicissime, debeo quòd adeò graphicè ad me scripsisti de Jacquin ** itinere. Si

* Il ne paraîtra qu'en 1763.

** JACQUIN (NICOLAS-JOSEPH), célèbre botaniste, né à Leyde en 1727, fut attiré par son compatriote Van Swieten, à Vienne, où son goût et son aptitude pour l'étude des plantes lui firent donner par l'Empereur François I^{er} une mission de botanique pour l'Amérique. Parti en 1754, Jacquin parcourut pendant cinq ans les Antilles et le continent voisin, et revint riche de magnifiques collections et des plus heureuses découvertes dont il orna les Jardins botaniques de Vienne et de Schœnbrunn, devenus par lui d'un éclat et d'une renom-